Ut conlimitanei fic vicini Comites in una die, fi fieri poteft, malum non teneant , maximè poft oâavas Pafchr , propter Erancos homines fic Advocatos t qui ad utraque mala non poliunt occurrere ; fed mittant fibi invicem Mtflbs. Et fi unus die Lunis mallum habuerit, alter die Jovis aut die Lunis fequentis hebdomadx mallum habeat. Et ne grave ei fit qui fuum mallum interjecit, qui uno anno primus tenuerit mallum, fequenri anno cpnfentiat alteri primum tenere. Et fi fàcramenta legalia in primo die Lunis poft Pafcha juranda devenerint, aut aliis in feriis, quando mallum tenere debuerat, mittat unufquifque ComesMilium fuum, qui Îfa factamenta aufcuket, ne ipfi homines ieûivi ♦) inveniantur. Et ipfe fie malm fuum teneat, ut Barigilcuejus fic Advocati qui in aliis comitatibus rationes habent, ad fuum mallum occurrere poffint. . sCr"

XXX111.

£££«.

Er quia facramenta poft quadraginta noftes legaiiter juranda accipiuntur , fic in prifatis prxdeceflorum fic progenitorum nulirorum Capitulis invenitur ut poftquam Comes fic pagenfes de qualibet expeditione hoftili reverft fuerint ex eo die fuper quadraginta (nodes *) fit banrur refilus , (quod in lingua Theodites *fcrfltgi*, id eft armorum depofitio, vocatur) multi inde contendunt, fic fe inter fe /edifeunt. Alii enim iuum laeramentum quadragefimo die, in quo illud accipiunt, jurare volunt ; fic in tantum contendunt ut eriamfi intra Quadragefimam faeri jejunii quadragefimus dies ad- muZ?] <«■»<£··.i

venerit, fuum (aeramentum fe jurare debere contendant, fit contra caulatore* fuos, fi ad hoc audiendum non venerint, je&ifcant. Numerant enim dies, Ac non numerant cum eis nodes; ficut numerantur dies, Ac non numerantur noftes, è Nativitate Domini ufque ad Purificationem fàndr Manx, Ac à Refurredione Domini ufque ad Afcenfionem Domini. Quadragelimo enim die Ac Purificatio fandx Marie à Nativitate Domini, Ac quadragefimo die à Refurredione Domini, qua: eft in dominica die Afcenfio Domini celebratur, qux evenit quintâ feriâ, id eft, Jovis die. Et de diebus, fine memoria nodium, Dominus per Jonam Prophetam dicit: *Adhuc quadraginta dies, êC Nitùve fubvtrutur.* Et quadraginta dies fimul cum nodibus in jejunio Helix Prophets, Ac Moyfijjquando legem fecundo accepit Ac ipiius Domini jejunio computantur. In quibus fex feptimanx, id eft. quadraginta Ac duo dies fiunt ufque ad Kefurredionem Domini, qux fit in dominica die, ficut Ac initium Quadragefimx. Et hate non fine Dei myfterio fiunt, per quem conditores legum jufta decernunt. Unde, ficut in quibufdam regionibus rectiùs tenere competimus, unà cum confenfu Ac fidelium noftrorum confilio conftituimus ut ab ipfo die quo facramentum accipitur, poft quadraginta dies Ac quadraSinta nodes, id eft, quadragefimo fecuno die de fex feptimanis, ipsâ feriâ quâ illud (aeramentum accepit, ficut Pafcha ipsâ feriâ fit quâ initium Quadragefimx accipitur, qui facramentum legalitcr accipit, letaliter in locis conftitutis juret, ficut in Capitulorum libris deceflorum Ac progenitorum noftrorum continetur. Et amodo nulla diflenfio vel retradatio in regno noftro à quolibet ex hoc fiat. Quod mandatum noftrum fi quis contemnere prxfumpferit, bannum noftrum, id eft, fexaginta folidos componat. Et fi ipfa dies intra Quadragefimx facra jejunia evenerit. nemo illud facramentum quod accepit in Quadragefima jurare prxfumat; quia ex hoc jam etiam manifeftam Dei vindictam vidimus Ac audivimus. Et fi quis prxfumpferit, fimiliter bannum noftrum componat, Ac inde poenitentiam epifcopali judicio faciat. Ipfam autem Quadragefimam à quarta feriâ, id eft, à capite jejunii, cum ipfa quarta feria, qua publicè pccnitentes poenitentiam accipiunt, obfervari ufque ad fandam Refurreélionem fecundùm confuetudinem antiquam prxcipimus. Sed expeâet qui facramentum ante Quadragefimam fervatum accepit, fi quadraginta dies Ac quadraginta nodes ante illam * Quadragefimam non habuit, fine ulla legali compofitione vel jeâitione ufque ad diem Lunis poft odavas Pafchx; Ac tunc quod legalitcr accepit, legaliter Ac perficiat.

Tone f. 4.

K<r'noJtb.

· [sir**. ua' a*. J

XXXIV.

Notum fieri volumus omnibus Dei Ac noftris fidelibus, quoniam quidam Comites noftri nos confuluerunt ac illis Francis hominibus qui cenfum regium de fuo capite, fed Ac de fuis refcelGs debebant, qui tempore famis, neceflitate cogente, feipfos ad fervitium vendiderunt. Unde cum Epifcopi* Ac exteris Dei ac noftris fidelibus tractavimus quid nobis eflet agendum; Ac quod cum eis inde invenimus ac conftituimus, prxfenti edido decrevimus. Id eft, quia non in lege Salica ex hoc expret fius quiddam invenimus, continetur tamen in tertio Capitulorum libro, capitulo xxix, de homine libero qui fe loco wadii tradidit in alterius potenatem, Ac ibi conftitutus damnum aliquod cuilibet fecerit, ut is qui eum loco vadii fufeepit, aut damnum folvat, aut hominem in mallo produdum amittat, perdens fimul debitum propter quod eum pro radio fufeepit; Ac qui damnum fecit, dimiffus juxta qualitatem rei cogatur emendare. Si verb liberam feminam habuerit, Ac ufque dum in pignore extitit filios habuerint, liberi permaneant. Et in lege digito Dei fcripta legimus, ut fi attenuatus fuerit frater nofter Ac fe in fervitium tradiderit, fex annis ferviet illi qui eum emit, Ac feptimo liber egredieturgratis. Qux facra hiftoria Ac obfervantes moraliter xdificat, Ac altiori fenfu intelligentes inluminar. In lege etiam quam prxdecefIbres noftri Ac nominatiflimi Imperatores conftituerunt de his qui filios fuos, fame aut alia aliqui neceflitate cogente, vendunt, plura habentur Capitula qux omnia hic non neceffe duximus ponere. Tamen illud Capitulum quod cum fandis ecclefiafticis regulis ex maxima parte concordari invenimus, hic ponere neceffarium duximus, in quo dicit: Ut quicunque ingenui filio* fuos (quod Ac de ipfis liberis hominibus, qui fe vendunt, obfervari volumus) quâlibet neceflitate feu famis tempore vendiderint, ipsa neceflitate compulfi, emptor fi quinque folidis emit, fex recipiat: fi decem, duodecim folidos fimiliter recipiat:

Liban, car-

•[»■«- foriu..

piat: «ut fi ampliùs t fecundùm fuprafcriptam rationem augmentum pretii confequatur. Sanctus etiam Gregorius de his * qui liberi à Paganis capti fuerint, li aliquis eoe redemerit, ipfi qui redempti funt procurent ut tantum precium redemptori fuo donent Ucut abeo redempti fuerunt, & in fua libertate permaneant. Si autem Ecclefia eoa redemerit, grads line aliqua compofitione liberi fiant. Quod fit nos per regnum noftrum, una cum confenfu fic fideuum noftrorum confdio, obfervari regii auâoricace praecipimus. Et fi quis dixerit quia non vuk, aut tempore tamis, aut pro alia neceflitatc precium fuum dare pro libero homine, ii femper illum fervum habere non debet, adtendat quid ei Dominus per Apoftolum fuum dicat: *Qui habuerit** inquiens *tfubflantiam hujus mundi videritfratremfuum necejfe habere, & clauferii vifcera fua ab eo t non manet caritas Dei in eo.* Ét qui non habet hanc caritatem, etiamft ad martyrium fic ad ignem fe tradiderit, fine ifta caritate remifi fionem peccatorum fuorum habere non potent, fic nullatenus in regnum Dei intrabit, quia pro Deo fuos denarios vei fuam annonam, qux à Deo accepit, dare non indurat, cum Deus feipfum fic fanguinem fuumpro eo in cruce,clavis fic unce! transfixus, fudit. Et quia hominum ingenia, qui Deum non timent, diabolo fuadente, multa mala excogitant, poteft fieri ut qui tales homines liberos neceflitate, ut diximus, cogente in fervos fufeipiunt, in alteras partes illos difpendant fic vendant. Propterea uni cum confenfu fic fidelium noftrorum confilio conftituimus, quod in antiquis legibus decretum invenimus, ut fi hujufinodi perfonas aliqui aut ad extraneas gentes aut ad tranfmarina loca transferre aut venundare prxfumpferint, ipfe qui hoc contra ftatuta prxfumpferit, conftitutionem regii banni componat. Et fi talis homo anteà liber, ufque dum in tali fervitio fuerit, de libera femina filios habuerit, ipfi filii liberi permaneant, ficut in prxfato xxix capitulo, III libri Capitulorum predecefibrum ac progenitorum noftrorum habetur de eo qui fe loco wadii in alterius poteftatem commifent: falvâ conftitutione legis Romanx in eis qui fecundum illam vivunt.

XXXV.

Er feiant Comires noftri quia per fingulos comitatus Miflbs nofiros dirigemus, qui fpecialiter de his qux nunc conftituimus inquirant, qualiter in his noftram jufllonem adimplere certaverint, ficut in fecundo libro Capitulorum prxdeceflbrum ac progenitorum noftrorum continetur, capitulo xvm. Et quicunque neglegens inde inventus luerit, prxeipiemus ut antenoftram prxfentiamvenire jubeatur, fic rationem reddat utrum hoc quod juflimus facere noluerit, aut non potuerit; aut fi aliqua re praepediente id facere non potuit, cur nobis ipfam impoflibilitarem ad tempus non adnuntiavit. Quia fi ipfe hoc non voluit, aut fuz neglegentix cauaâ non potuit, nos talem invenire volumus qui hoc quod jubemus fervare velit aut pofiit.

XXXVI.

Volumus ut ficut in fecundo libro Capitulorum deceflbrum ac progenitorum noftrorum continetur, capitulo xxiv, hzc capitula, quz nunc fic alio tempore confulru fidelium noftrorum a nobis conftituta iunt, à Cancellario noftro Archiepifeopi, fic Comites eorum de propriis civitatibus, modo aut per fe aut per fuos Miflbs accipiant; fic unufquifque per fuam dicrcelim exteris Epifcopis, A boatibus, Comitibus. aut aliis fidelibus noftris ea tranferibi factant, fie in fuis comitatibus coram omnibus relegant, ut eundis noftra ordinatio fic voluntas nota fieri poflir. Cancellanus autem nofter numina Epifcoporum fic Comitum qui ca accipere curaverint, notet, fic ea ad noftram notitiam perferat, ut nullus hoc prxtermittere prxfumat.

XXXVII.

Et quoniam fideles noftri in iftis qui in Sequana fiunt fic in aliis operibus laborant, fic heribergum noftrum, quod przterito anno hic heri juflimus, homines de illa parte Sequanx in iftas partes venientes, fic de iftis partibus in illas partes euntes deftruxerunt per occafionem, quia in illo contra debitam reverentiam manere ccx·· Kmt, fic nunc iftudheribergum non line re fic difpendio fidelium noftrorum fieri fecimus, volumus fie exprefsè mandamus ut ficut nec in noftro palatio, ita nec in ifto heribergo aliquis alius fine noftra juflione manere przfumat, nec illud ahquis deftruat. Quod fi aliquis przfumpferit, fie à cuftodibus. quos ad hoc deputatos habemus, nobis notum fa&uui fuerit, non fine debita vindicta przfumptor evadet. Quia femper parati efle volumus, fic vos paratos efle jubemus. ut in illis par-

I

tibus, Ac in aliis quibufcunque nobis neceife fuerit, Ac contra Paganos dc contra alio* quofcunque, ficut confuetudo fuit, & vcftri anteceffores noftris antecefIbribus auxilium praebuerunt, & vos nobis debitum Ac neceflarium adjutorium exhibuiftis, ita nunc Ac Temper communiter ad Dei voluntatem Ac fandz Ecclefir atque iftius Chriftianitatis defenfionem, Ac noftram communem falutem Ac pacem obtinendam Ac detendendam in omnibus , quantum Deus auxilium przftare dignatus fuerit, parati Temper Ac in omnibus fimus.

Er post hjec omnia lecta.

Cap. I.

Monemus fidelitatem veftram ut bare firmiter obTervetis, A. Temper ficut Dei & noftri dilecti fideles parati fitis ut, fi needfitas nobis evenerit, aut contra Paganos aut contra quofcunque alios , ut ftatim quando unicuique nurttius venerit , aut nobis necelfe audierit, fine ulla dilatione hoftilicer prrparatus in Dei Ac noftrum fervidum , ad communem utilitatem poffit movere Ac certiflimè nobis occurrere. Et volumus Ac exprefsè mandamus ut quicunque iftis temporibus caftella Ac firmitates Ac haias fine noftro verbo fecerunt, Kalendis Augufti omnes tales firmitates disfaâas habeant ; quia vicini Ac circummanentes exinde multas deprxdationes Ac impedimenta fuftinenc. Et qui eas disfacere non voluerint, Comice* in quorum comitatibus fâtbe funt, eas disfaciant. Et fi aliquis eis contradixerit, ad tempus nobis notum facere curent. Qui fi hoc, ficut mandamus, adimplere neglexerint, fciant quia, ficut in iftis Capitulis Ac Capitularibus prxdeceflorum noftrorum continetur, tales Comites quzremus Ac in illorum comitatibus Conftituemus qui noftrum mandatum facere velint Ac poflint.

I I.

Et qui interpellatus eft ut hic aliquam caufam debeat deffinire, hic ftet ufquequd diffinita fit ratio de qua interpellatus habetur. Et qui pro fua caufa hic demorandi habet neceflitatem, Ac ipfe nobifeum ftare poterit quantum ei neceflitas fuerit. Sed Ac vaftaln noftri cum tantis hominibus ficut eis commoditas fuerit, nobifeum remaneant , Ac nobifeum pergan

I I 1.

Vos autem alii , fed Ac ipfi qui nobifeum remanebunt, in eundo, Ac in patria remanendo, Ac ad nos redeundo , pacem à nobis communiter confirmatam fervantes , ite cum Dei Ac noftra gratia. Et Deus nobis concedat ut cito Ac per plures annos fani Ac Ixti nos invicem videamus, Ac de Dei fuper nos mifericordia Ac gratia gaudeamus.

TITULUS XXXVII

APUD TUSIACUM.

[De (latu Ecclefia Ac Regni utilitate ; Ac de illorum communi adjutorio.]

cÎXJX*: *H.Î.C ifua Jequuntur Capitula mifit Domnus Rex Karolus in Burgundiam ,*
j... *exequenda per Gaujlenum * iC Fulconem dC per Waltarium JC Lantuvinum * ,*
•«‘- «t *.le Tufiaco , anno Incarnationis dominica* DCCCtxv.

t N nomine fantflæ & individua.’ Trinitatis: Karolus, gratia Dei Rex, < omnibus Epifcopis, Abbatibus, Abbatiflis, Comitibus, & Vaflis noftris , feu eundis Dei & noftris fidelibus in regno Burgundiæ confiftentibus, falutem. Volumus & exprefsè pnrcipimus ut in his quae (fub-
• ŋ. cas jedla *) funt exequendis , & in aliis quae ad Dei voluntatem *9i* fandae
FXS&ij Ecclefiae ftatum , atque ad noftram fidelitatem & ad noftrum honorem, ac ad regni foliditatem , necnon ad commune fidelium noftrorum falvamentum pertinent, unufquifoue fecundùm quod fuo ordini & fur perfonae competit, iftis MifTis noftris obedientes & adjutores in omnibus exiftatis.

C A ”· I·

UT ficut noftri infideles Ac communes contrarii noftri fe invicem confirma-
* erunt ad noftram contrarietateni, ut nuilus de his quz confideraverint foum parem difeooperiat vel prodat , neque ad ilia quz adimplere volunt dimittat, ita fideles noftri fe confirment ad Dei volunta-

tem fle noftram fidelitatem, & ad honorem Ac finds Ecclcfix ftatum, fit regni utilitatem, fle illorum commune adjutorium Ac fidvamentum. Et nullus fidelium noftrorum cuicunque infideli noftro quocunque modo fe conjungar, aut in aliquo faveat, vel in quacunque caufa, in qua illum impedire potuerit, illi parcat, nifi ftadm ad fidelitatem noftram fe convertere voluerit. Et fi pro certo cognofcere potuerit oui contra iftud capitulum fixerit, non noma celet. Et fi aliquis audierit quôd pari fuo fideli noftro neceflitas evenerit aut evenire debeat ad refiftendum infideli noftro, non exnedet ut illi hoc mandetur, fed ftarim iit przparatus, ficut Dei fidelis Ac nofter, ad fuum parem in noftra fidelitate adjuvandum, Ac quantum potuerit pergere feftinet.

I L

Ut omnes qui fidelitatem nobis adhuc promiflam non habent, fidelitatem nobis promittant, ficut in Capitulis avi Ac patris noftri continetur.

I I L

Ut qui fidelitatem nobis promiferunt, Ac poft illud facramentum adinfideles noftros in noftrum damnum fe conjunxerunt, proprietas illorum in noftrum indominicatum recipiatur, donec ipfi per fidcjuflbres in noftram przfentiam veniant.

I V.

k LT'iüu nSu &Ç- Ut (nullus infidelium ♦) noftrorum, qui liberi homines funt, in noftro regno immorari vel proprietatem habere permittatur, nifi fidelitatem nobis promiierit, Ac nofter aut noftri fidelis homo deveniar.

V.

Ut illae traditiones injuftz, Ac à noftris anteceflbribus atque à nobis prohibite, quz fade funt aut mulieribus * aut matribus aut quibufeunque perfonis, ut liberiùs ipfi traditores noftram infidelitatem perficere poflint, aut ut juftitiam in comitatibus non reddant, tanquam fadz non fuerint, pro nihilo habeantur. Et ficur ipfi ipfos alodes in fua manu tenuiflent, ita de ipfis alodibus fiat. Et fi nec ita ad fidelitatem noftram aut ad juftitiam reddendam adduci potuerint, ipfi alodes in noftrum dominicarum recipiantur, Ac certa illorum deferiptio nobis adportetur. Inii autem infideles noftri in noftro regno locum habere non permittantur. Similiter Ac de commendationibus quarumlibet facultatum vel pecuniarum nat. Et fi ad cafam Dei aliquid commendatum habent, ipfe Epifcopus vel Redor Ecclefiz, ubi commendate funt, aut illis prrfentaliter in prxfentia Miflbrum noftrorum reddant Jiui eas commendaverunt, aut coram Miflis noftris figillentur, Ac fub figillo cuftodiantur, donec ipfi veniant qui eas commendaverunt, Ac coram Miflis noftris illas recipiant, Ac perinde diftringantur ut ad fideutatem noftram Ac ad pacem Ecclefiz ac regni revertantur.

• t «xeri-

V I.

Ut de injuftis commutationibus quz ad cafas Dei faftz funt fine regia auctoritate Miffi noftri (inquirant, Ac eas *) diflolvaht, ficut in Capitularibus avi Ac patris noftri continetur. Et fi mortua manus vel prxceptum regium fuper eas interjacet, deferibantur diligenter atque fideliter qualiter fàâz funt, Ac nobis Miffi noftri renuntient j Ac fignatis ipfis przcepcis, ficut lex Romana prxeipit, ad noftram przfentiam deferri faciant, ficut in Capitularibus progenitorum noftrorum continetur.

. Capitui·- X? ı'ÏX' ' ' ; nr»·»· Xi ,'me·» !

V I I.

Quia, ut comperimus, plures nobis pe rierunt alodes, Ac petentes parum, plus inde acceperunt, volumus ut Miffi noftri hoc diligenter inquirant Ac deferibant, Ac ipfos homines cum prreeptis ad noftram przfentiam venire faciant.

VIII.

Ut Miffi noftri de omnibus cenfibus vel paraveredis quos Franci homines ad regiam potcftatem exfolvere debent, inquirant. Ac ubi per neglechim dimiflum eft, exfolvi faciant, Ac diligenter de fingulis comitatibus cunâa deferibant, Ac nobis renuntient. Similiter Ac de (terris *) cenfidibus, Ac de rebus ad cafas Dei traditis. unde cenfus ad partem Regis exivit antiquitus. Et fi aliquis aliquam au&oritarem regiam inde oftenderit, ad noftram przfentiam ipfam auctoritatem deferri faciant.

Si^ •. 1

I X.

Ut Miffi noftri de locis ad clauftra Canonicorum vel Monachorum, ubi neceffe fuerit, noftri auétoritate exequantur ficut in Capitularibus avi Ac patris noftri continetur.

. Cipitui»· Γζ* * iS. v· ◢ ·*♦·

X.

Ut de nonis Ac decimis ad cafas Dei reddendis Miffi noftri exfequantur, ficut in prxfatis Capitularibus continetur.

c*pitui»r. X ,v' c'

X Γ.

Ut Jc uno inanio ad ELckfiamdro

OHuiUi. LiKt.c.i·. nullus cenfus, neque caballi paftus, à Se-moribus de Prelbytem requiratur, ficut m prxftto Capitulari continetur. Sed ne-que de terrulis ac vineolis pro loco fepul-turx ad eafdem Ecclefias daris, neque de decimis, ficut in Canonibus Ac in prxfims Capitularibus continetur. Et ubi inven-tum fuerit Ac à M iflis noftrisqubd Seniores fineconfcientia Epifcoporum Prefbytcros de Ecdcfiis ciciunt vel in Ecdefits fta-tuunt, Mifli noftri ficut in pntfàm Capi-tularibus continetur, inde faciant. Et Epifcopi de Clericis hominum noftrorum ita faciant ficut in eifdem Capitularibus continetur.

X I I.

Ur Mifli noftri juftitias, quantùm tem-p<>us qualitas permiferit. omnibus indi-gentibus faciant ; At quod modo pro qua-litate vel brevitate temporis tacere non potuerint, Comitibus commendent ut tempore congruo eis legem Ac juftitiam faciant. Et in fuis memorialibus adnocent de quibus Comitibus commendaverunt i ut fi iterum illi homines fc reclamaverint quôd juftitiam habere non potuerunt, nos ipfi mveftigemus, oc decernamus quare hoc ipfi Comites dimiferunt.

Ut fi infideles noftri fe adunaverint ad devaftationem regni noftri, fideles noftri, tam Epifcopi, quàm Abbates, & Comi-tes, At Abbatiflarum homines, fed Ac ipfi Comites, ac vafli noftri, feu exteri quique fideles Dei ac noftri de uno miflatico fe in unum adunare procurent. Et Miffi noftri de ipfo miffaoco providentiam habeant qualiter unufquifque Epifcopus, vel Ab-bas, feu Abbatifla, cum omni plenitudine oc neccflario hoftili apparatu, & ad tem-pus, fuos homines illuc tranfmiferit cum guntfanonario qui de fuis paribus cum Miflis noftris rationem habear; Ac qualiter ipfi Comites At vafli noftri, feu exteri qui-que Dei fideles, ad hoc occurrerint, no-bis feripto renuntient. Et fi de uno mifla-tico ad hoc prxvalere non potuerint, ad alium miflatxcum celeriter Miflbs fuos di-rigant, Ac omnes, ficut prxdiximus, de alio miflatico ad illos qui indigent prxpa-rati occurrant. Et fi illi duo miflatici ad hoc non fuffecerint, nobis ad tempus hoc mandent, qualiter aut per nos, aut per filium noftrum, aut ficut viderimus, eis neceflarium folatiumtranfmittamus, qua-tenus in regno noftro nullus nofter infide-li* vel contrarius locum nocendi habeat

X I V.

Ut quia, ficut audivimus, quidam in domibus fuis refident quandiu pacem ha-bere poflunt, Ac cùm neceflitas venit, di-cunt fe in noftrum venire fervitium, no-lumus ut aliquis de his qui in iOa terra ma-nent, Ac eam contra inimicos noftro» de-fendere debent, deinceps hanc occafio-nem habeat ; fed cùm neccffitas fuerit, ficut prxdixbnus, ac Miflbs uoftros Ac ad pares fuos occurrant. Et (fi nos eum *) lpecialiter ad nos venire mandaverimus, aut ipfe nobis neceflariam caufam de nof-tra fidelitate nuntiare voluerit, plenitu-dinem (hominum *) fuorum illic adnof-tram fidelitatem exfequendam dimittar, Ac Miflis noftris vel paribus fuis hoc no-tum faciat. Aliter autem in nullam partem de illa terra pergat, nifi cum communi (confilio vel commendatione *) Miflo-rum noftrorum, aut reliquorum fidelium noftrorum qui illam terram defendere de-bent. Et Miffi noftri cum Epifcopis At Comitibus ac vafli» noftris, qui fuper aquas commanent, per quas infideles noftri ad regnum noftrum tranfeunt, or-dinent quauter illx naves cuftodiantur, ne infideles noftri ad regnum noftrum de-vaftandum tranlire poflint. Et per cujus negleâum iptx naves pofteà bene cufto-ditx non fuerint, nobis renuntietur, ut nos decernamus qualiter de illo contemp-tore prxeepri noftri, quafi de proditore parrix, agi debeat.

* dat KMX.]

X V.

Ut fi Miffi noftri talem caufam in illa terra invenerint quam ad debitum finem nec per ifta Capitula, nec per Capitula progenitorum noftrorum, neque per le-galia Capitula perducere poflint, nobis rationabiliter Ac veraciter remandare pro-curent, ut nos illis remandemus qualiter inde agere debeant.

XVI.

Ut miniftri Comitum in unoquoque comitatu difpenfam Miflbrum noftrorum, à qmbufcunque dari debet, recipiant, ficut in traûoria noftra continetur; Ac ipfi minifterialibus (Miffbrum noftro-rum *) eam reddant. Mifli autem noftri provideant ne pro hac occafione inde miniftri Comitum ampliùs, nifi quanthm in tradoria noftra continetur, inde exi-gant.

ΛΛ. η-.ιηιΓ-troruœ nof. rorum : « nidorem noJiroxuHB,

Ah mhcanuiioaii Dcmi/uce trcxxWf, Xi.*ktkrul. Martii, hac putfefumar RUuiowictu X Xarolas Reger in Tufiaco villa populo adjuuuiavtnuu.*

CDE TUITIONE ECCLESIÆ ET REGNI.]

Sicut vos & plures alios audifle credimus, jam fecundo & tertio in ifto tempore convenire infimul propofuimus: fed variis occupationibus pnepedientibus v hoc ufque modo implere nequivimus. Nunc quia, Deo gratias › infimul convenimus, volumus vos fcire quoniam ad nullius deceptionem vel condemnationem, neque pro ulla indebita cupiditate › infimul convenimus. Propter que autem, excepto debito ac fraterno defiderio ut no> invicem dileétione mutuâ videremus 9 nofter conventus fuerit, vobis nota facere volumus, & qur Deo placita, & nobis ac fidelibus noftris lalubria & proficua funt, unà cum Dei adjutorio, & veftro ac ceterorum communium fidelium noftrorum confilio dt auxilio, tenere immutabiliter &. augere utiliter volumus.

C a ». I.

PχiMõ noftras & fandx Dei Ecclefix› ac regni nobis commifli neceflitates, fratemè Ôc fincerî mente ad invicem expofuimus.

I I.

Illa qux nuper cum fidelium noftrorum confilio apud Confluentes inter nos confirmata fuerunt, diligenter rememoravimus, qux inviolabiliter adjuvante Domino confervabimus.

I I L

Sicut Deus hoc in corde noftro videt, volumus & vos fcire quoniam de corde puro, & confcientia bona, ôc fide non fiâa, adunati, id eft unanimes effedi fumus, quantùm ipfe dederit à quo eit omne datum optimum & omne donum perfe&um,ad Dei voluntatem, & noftrum communem honorem & falvamentum, ôc ad fanâx Dei Ecclefix ftatum, ôc Sacerdotum ac fervorum ejus debitum honorem ôc vigorem, ac regni nobis à Deo commifli loliditatem reftituendam ôc confervandam; ut Ecclefiaôc regnum, quod Deus in manus progenitarum noftrorum adunavit, Ôc nobis mifericordiâ fuâ commifit, in noftro tempore neceflariam defenfionem ôc tuitionem, ôc honorem atque foliditatem, habeat.

I V.

Quoniam, ficut dicit fanda Scriptura, qui iuorum ôc maximè domefticorum curam non habet, fidem negavit, ôc eft infideli deterior, conlideravimus Ôc confirmavimus in fide noftra inter nos de uxori* bus ôc filiis noftris, qui ita fideliter nobis fubditi ôc obediences fuerint ficut filii patribus ôc fuis Senioribus efle debent, ut unufquifque noftriim alterius filios ficut proprios m vera dile&ione habear i ôc qui luperftes de nobis akeri fuerit, illius qui dcceflerit uxori Ac filiis, ficut inter nos convenit, debitum & neceflarium adjutorium prxftet ôc fidem confervet.

V.

Confideravimus dc ftatuimut ur communem fidelesnoftri, quorum confilio ôc auxilio fandam Dei Ecclciiam dc regnum nobis commiflum gubernare debemus, debitum honorem 6c falvamentum habeant. Et ipfi ad Dei voluntatem, ôc ad noftrum debitum honorem Ôc vigorem ôc falvamentum, ôc ad fandr Dei Ecclefix ftatum, ôc ad regni foliditatem ôc detentionem, qualiter populus in regno notlro legem ôc juftitiam ôc pacem ac tranquillitatem habeat, de corae puro, ôc confcientia bona, dc fide non fiâa, fideli confilio ÔC auxilio nobi* tint in onuntus adjutores. Et fi aliquis, quod abfit, ab hoc deviare tentavern, unanimiter ut ad hoc redeat illum convenere decertemus. Et fi ad hoc reduci non potuerit, unanimiter ftudeamus ut vel ubi foli noceat, Ôc contra hoc quod falubriter conferv.ire debemus, non pofiit damnabiliter agere. Et omnes, tara nobis amici, quàm & contrarii, certiflimum teneant quoniam qui contra quemlibet noftrùm quiddam adverii machinatus

vel molitu* fuerit, apud alium locum familiaritatis fle amicitix non habebit.

V L

Vos icitis qualiter nepos nofter Hlotharius per fuam juventutem , fle per levium hominum confenfum fle hortamentum, fle etiam per eorum favorem qui illum falvaredebuerant, fecit fle facit contra illam legem quam Deu* primb in paradifo prinus hominibus dedit, fle quam in Evangelio per prxfcntiam cami* cum hominibus habitans renovavit fle confirmavit, qux ad omnes homines pertinet qui fecundùm Deum legitimo utuntur conjugio. Unde Ac univerfalis Ecclefia Dei pulfatur, At Sacerdotes funt dehonorati , At populus Chriftianus ficut de mali morbi contagio eft maculatus. Propterea quod Deu* dixit : *Diliges proximam tuum ficut te~ ipfum* , fle ficut feriptum eft : *Ipfe os nofi trum dC caro noftra eft,* flc Ecclefia nobi* & iUi commiffa flc regnum unum eft, *it* populus ac Chriftianitas una eft, confideravimu* ut ad ilium Miflbs noftro* mittamus , flc ei tale conidium mandemus qualiter flc ipfe coram Deo falvu* & coram fcculo honorati» efle valeat, & Ecclefia & regnum , quod illi ad falvatiouem commiflum eft , /olidum efle poflk , & populus Dei falvus fit. & legem ac juftitiam & pacem ac tranquillitatem habeat.

V I I.

Quia etiam ipfe fuos Miflbs ad nos tranfmifit quali confilium quxrens , per noflrot Miflbs, flc de his unde nobis mandavit , quantùm nobis Dominus dedit, ei verum fle fincerum confilium remandamus , 6t talem voluntatem noftram efle erga eum ficut vobis dicimus , illi per eofdem Miflbs noftros mandamus.

APUD COMPENDIUM.

[De Ecdefiis fle Monafteriis à Normands expoliatis fle deftruâis. J

pifcNora *CAPITUL A Karoli regis in compendio facia * , anno regni eius x xrnt Indicitone xv.*

*(H*c Capitula J*»e conftituta fuerant ia Synodo Streffionenli anno In , ut videre eft fupri è Mona H ad paginam *ft* ; anno autem 1*7 in Compendio fuire renovata. P7Λ Notai Salax, *ufri* pag. 1174. Editor Operum variorum Sinnondi male retulit bxc Capitula ad aamoa 1*1 ; etenim /adiAra ij inodir io amaai *Hj.* la prima editione Baluzn Capitularium fimiliter legebatur 1*1 *ngni ejai* (Karoli) it , fed errore tantummodo Librarii ut pate; cx ipliui notii fuprà citati* › iplcquc Baluxia* mann pofuit *rqnù tpu* xx vn pro x x vin.]

Cap. I.

,rp. «Î·· T IT Mifli noftri pei civitates fle fingula monafteria, tam Canonicorum quam Monachorum five Sandimonialium, unà cum Epifcopo parochix uniufcujufque in qua conliftunt , cum confilio etiam fle confenfu ipfius qui locum retinet, vitam ibi degentium fle converfationem inquirant , fle ubi necefle eft corrigant, fle ubi défunt , congruas officinas conftruere jubeant ; fle ubi funt fadx, fle per neglegentiam funtdeftru&x, inftaurari prxeipiant; fle vi&um, ac potum , fle veftitum, atque extera neceflaria, pro qualitate fle poflibilitate loci fle inhabitantium neceflitate ordinent ;flc hofpitalitatem fupervenientium hofpitum, fle receptionem pauperum ibidem difponant fle ordinent. Ecclefix quoquè luminaria fle ornatum debitum ordinent ; fle thefaurum , ac veftimenta , feu libros diligenter inbrevient, fle breves nobis reportent. Inbrevient etiam quid unufquifque Ecdefiarum Prxlatus , quando perlationem Ecclefix fufeepit t ibi invenerit , flc quid modo exinde ibi minùs fit , vel quid 61 Quantum fit fuperadditum. Quid etiam Nortmannis per noftram commendationem, five fine noftra commendatione , datum fit , quidve relictum , • el quid à quoquam in eleemofyna datum. Numerum etiam Canonicorum flc Monachorum five Sanâimonalium uniufeujufque loci deferibanr, fle nobis referant ; ut fecundùm qualitatem flc quantitatem loci. cum confiuo Epifcoporum fle fidelium noftrorum , ubi minor numerus fuerit, noftrâ auftoritate addamus, ubi verb indiferetione Prxlatorum fuperluerit, ad menfuram redigamus. Inquirant quoque quot tempore avi noftri Karoli flc Domni genitoris noftri Hludouvici unoquoque in >co fuerint, fle quot modb fint ; fle ubi loca à Nortmannis five à quibutlibet aliis deftruda funt fic penitus adnullata , quot

ibi nunc propter paucitatem rerum fic devaftationem eorum dernconftituivel ordinari poflint; ut inde cum confenfu fidelium noftrorum ordinemus quid de extero agendum fit. Et qualiter Abbatiarum Prxlari, fic in locis facris inhabitantes. de his quz Mifli noftri prxeeperunt obedierint, nobis diligentiflimè fic capitulatim referant.

I I.

Mifli noftri diligenter inveftigent per fingulas parochias, (imul cum Epifcopo, de monafteriis qux Deum timentes in tuis lacibus rdificaverunt, & ne ab us eorum dividerentur, parentibus fit przdeceflbribus noftris fub immunitatis defenfione tradiderunt, & poftei in alodem funt data : & deferibant quz fint, fit à quo vel quibus in proprietatem data funt, fic nobis renuntiare procurent ; ut cum Epifcopis fic exteris fidelibus noftris confideremus quid fit qualiter inde, fecundùm Dei voluntatem & noftram falutem, agere debeamus.

I I I.

mtüpri, Ut Mifli noftri per fingulas parochias Unàcum Epifcopo parochiz ipfius requirant de Capellis & Abbariolis excafis Dei in beneficium datis, qualis cenfus inde exeat, ut Ecclefia de qua funt exinde veftituram habere poflit, fic nobis renuntient ; ut hoc noftri auûoritate commendetur atque firmetur, fie fecundùm qualitatem & quantitatem loci Clericos fic luminaria ibi ordinent, fic loca reftaurari faciant.

I V.

fUlopri. Denuntiandum eft omnibus, fie à Mifiis noftris ordinandum, ut omnes Ecclefiz fic Preibyteri fub immunitate ac privilegio, fic ordinatione atque difpofitione Epifcoporum Cingularum parochiarum in quibus confiftunt, fecundùm au&oritatem canonicam fit Capitularia Domni Karoli Imperatoris avi noftri, fit pii Augufti Hludouvici Domni fic genitoris noftri, permaneant.

Ut Mifli noftri diligenter inveftigent cum Epifcopo fic Przlatis monafteriorum, fic per fideles fic ftrenuos viros in unaquaque parochia, de rebus ecclefiafticis in eadem datis ; fic ficut evidentibus fic veris indiciis ac audoritatibus compererint, diligenter à quo fic quibus datz fint, vel quantum exinde fit aeferibant, fic nobis renuntient.

V I.

Ut Mifli noftri exprefsè & cum omni diligentia, cum Epifcopo & Praelatis monafteriorum. per fingulas parochias requirant de rebus ecclefiafticis unde nonae & decitnz folvi debent fic non folvuntur, & perfoivi ab eafdem res retinentibus faciant. Et fi aliqua contradi&io, quz rationabilis videatur, oborta fuerit, deferibatur ; & Prxlatus ipfius cafie Dei unde res effe nofcuntur, & ille qui eas detinet, fic nonam ac decimam folvere detreâat, fimul cum Midis noftris ad noftram jubeatur venire prxfentiam ; ut tunc veritate comperti, fic diffinitione decreti, quod rationabiliter invenerimus, inde przcipiamus. Volumus etiam ut inveftigent Midi noftri qualiter illi qui eafdem res ecclefiafticas, unde decimz dantur five non dantur, illas falvas habeant. & in cafticiis, fic in fylvis cuftoditis, vel fi terrx aut mancipia inde perdita funt, vel aliquid hujufi modi, aut fi familia opprefla fit contra legem, & omnia per breves nobis renuntient

V I I.

Ut Mifli noftri ner fingulas parochias. Comitibus & reipublicx miniftris ex banno noftro prxcipiant ne tnalla vel placita in exitibus fic atriis Ecclefiarum 6c Presbyterorum manfionibus, neque in dominicis vel feftivis diebus, tenere przfumant. Sed Comes convenientem locum confideret fic inveniat ubi ftationem ad mallum tenendum conftituat ; quianefâs eft ibi reos Îiuniri ubi refpe&u dlvinx reverentix mièricordiam, confenfu fidelium noftrfirum & decreto prxdeceflbrum noftrorum, confequuntur.

VIII.

Ut Miflinoftri Comitibus & omnibus reipublicx Miniftris firmiter ex verbo noftro denuntient atque przcipianr ut à quarta fcria ante initium Quadragefimx, nec in ipfa quarta fcria, ufque poft octavas Pafchx, mallum vel placitum, nifi de concordia & pacificatione difcordanrium, tenere przfumant. Similiter etiam à quarta fcria ante nativitatem Donum ufque poft confccratos dies obfervent. Necnon & in jejuniis quatuor temporum, & in rogationibus, fimili obfcrvatione eofdem feriatos dies venerari omnimodis ftudeant.

IX.

Ut Mifli noftri omnibus per Ungulas

parochias denuntient quia fi Epifcopus, aut Miniftri Epifeoporum pro criminibus colonos Aageuavermt cum virgis propter metum aliorum, fie ut ipfi crimmofi corrigantur, cum tali difcrctione fine ulla occafione indebita, ficut in fynodo conlocutumeft, & vel inviti poenitentiam temporaliter fic corporaliter agant f ne xternaliter pereant, fi Seniores ipiorum colonorum indigné tulerint, fic aliquam vindictam inde exercere voluerint, aut eofdem colonos ne diftringantur contendere prxfumpferint, fciant quia fic bannum nottrum component, fic fimul cum excommunicatione ecclefiaftica noftram harmifcaram duriflimam fuftinebunt.

X.

rUr ft?* p.jm.i» Ut Midi noftri omnibus reipublicx Midenuntjent ut Comes vel reipublicx Miniftri fimul cum Epifcopo uniufcujufque parochix fint in minifteriis illorum, quando idem Epifcopus fuam parochiam circumierit, ciim Epifcopus eis notum fecerit: fic quoe per excommunicationem Epifcopus adducere non potuerit, ipfi regiâ auûoritate fic poteflate ad poenitentiam atque rationem vel fatisfactionem adducant.

X I.

Sciant etiam fideles noftri quia concef fimus in fynodo venerabilibus Epifcopis ne fuper beneficia ecclefiafiica vel prxftarias, etiamfi Epifcopus aut quilibet mouafteriorum Praelatus inrationabiliter petierit, prxeepta confirmationis noftrx ullo modo faciamus. Et ideo ab inrationabili petitione fe unufquifque compefcat.

Ut Midi noftri omnibus per illorum miifaricum denuntient ne commutationes rerum 'vel mancipiorum quilibet Prxlatus earumdem rerum ecclefiafticarum fine licentia vel confenfu noitro facere prxfiunat, neque mancipia ecclciiaftica quifquam nifi ad libertatem commutet: videlicet ut mancipia qux pro ecclefiaftico dabuntur, in Ecclefix fervitute permaneant; fic ecclefiafticus homo qui commutatus fuerit, perpetui libertate firuatur. f' fcprX

TITULUS XXXIX

APUD SANCTUM ARNULFUM.

A NNO Incarnationis Dominica dccclxeiii, Indictione prima, Metis civitate t apudfandum Arnulfum, Kapactiones inter Hludouvicum dC Karolum gloriofos Regesfactufunt, Kisprn(entibus, Hincmaro Arcftiepijcopo, Luitberto Archiepifeopo, Altfrido Epifcopo, item Hincmaro Epifcopo, JKitgario Epifcopo, Odone Epifcopo, regni Karoli glorioft Regis xxix.

Amodo fic deinceps ad Dei voluntatem, fic fantlx Ecclefix reftaurationem fic honorem atque defenfionem, fic ad noftrum communem honorem fic falvamentum atque profedum, fit ad falvationem ac pacem Chriftiani populi nobis commifli, ifti fratri meo Karolo fic confilio fic auxilio in vera fraternitate, quantum Deus mihi fcire fic pofle dederit, fidelis adjutor ero. Et fi Deus nobis ampliùs adhuc de regnis nepotum noftrorum d enaverit, fit in acquirendo ac in dividendo, ficuti plus xqualiter aut nos aut noftri communes fideles invenerint, quos communi confenfu elegerimus, fic m ipfa diviiione confentiendo, fic in habendo, fic in confervando atque defendendo, tam iftud quod habemus quàm fic quod nobis de orxfàtis regnis Dominus concefferit, ablque dolofitate aut deceptione vel fuperabreptione illi fincerus auxiliator fic cooperator ero, ficut verus frater vero fratri per reftum efle debet; in hoc ut ipfe fimiliter erga me confervet. Mundeburdem autem fic defenfionem fanâx Romans Ecclefix pariter confervabimus; in hoc ut Romani Pontifices nobis debitum honorem confervent, ficut eorum antecederes noftris anteceflbribus conferva verunt. Sic me Deus ajuvet fic ifti Sancli.

Similiter dC Karolus Hludouvico promijit.

Schedula Hincmari, *Laudunenfs Lpifcopt, potnda Epifeopu apudPiflastx per eos Regi.* Vide in NO', o Codice Lecvm veterum.

Charta satimmtionis Hincmari, *Laudunenfs Epifcopi, ad* Karolum *Rege.n, pir Odo/iem. Epijcopum mijfa.* Vide in NOVO Codice Legum VETERUM.

Epistola

Epistola Hincmau, *Ramtnfis Archiepifeopi, ad* Kakolum *Regem, fro ecclqfiafticd libertate tnendd, in catfa Hineman Laudunerfts Epifcopi.* Vide in novo Codici Lxgum VCmUM.

Admonitio sxtempo&aus Hincmaai, *Ranerfis Archiepifcopi, ad* Karolüm *Regem t de diverfis Ecclçfist difeiplinis ob/ervandis.* Vide in novo Codici Ligum vnrauM.

TITULUS XL.

APUD PISTAS.

[DE honore fit immunitatibus Ecdefiarum fic Sacerdotum ; de mediis ante excommunicationem fervandis.]

HÆ.C qua fequuntur Capitula conflituta funt à Domno noftro Rarolo, Rege gloria/0 r cum confilio êC corfenfu Epifcoporum, ac caterorum Dei dC Juonun fidelium gui adfuerunt in loco qui dicitur Piftis*, anno Incarnationis Dominica* DCCCLXIX, *anno autan reamfui* XXX *t Indidtonefecunda, êC ab eo denuntiatafunt àfeti ab omnibusfidelibusfuis t fecundum uniufcujufque ordinem & perfonam 9 inviolabiliter confervanda.* em?

CAp. L

rur&H> »»*. honore fic cultu Dei, atque ûnûa-JL/rum Ecdefiarum in regno noftro 9 decernimus ut ficut tempore avi fic patris noftri excultae fic honora» fuerunt, fic ficut à noftra largitate honora» fic dita» funt, vel deinceps fuerint, fidvâ equitatis ratione, ita fubimmunitatepennaneanu Archiepifcopi quoquè fic Epifcopi, fic ceteri Sacerdoces ac fervi fic ancili» Dei, quique vel queque in ordinis fui dignitate, honorem atque immunitatem fecundùm fccras Leges fic Canones habeant.

r<u fupt». ***f' Ut ab Archiepifcopis fic Epifcopis, fic ab aliis fidelibus noftris, honor regius fic poceftas, ac debita obedientia atque adjutorium ad regnum noftrum continendum fie defênlàndum, nobis in omnibus fic ab omnibus fecundùm uniufcujufque ordinem fic dignitatem atque polfibilkatem, ficut tempore antecefiorum noftrorum iuftè fic rationabiliter confueverat, exhi-

III.

Ut omnes noftri fideles veraciter fint de nobis fecuri quia, quantum fciero, fie juftè ac rationabiliter potuero, Domino adjuvante, unumquemque fecundùm fui ordinis dignitatem fic perfonam honorare fic falvare, fic honoratum ac falvatum confervare, volo, fic unicuique eorum in fuo ordine fecundùm fibi competentes leges, tam mundanas quàm ccdeiiafticas, rectam rnrionem & juftitiam confervabo : & nullum iidelium noftrorum contra legem fic juftitiam, vel auâoritatem ac juftam rationem, aut damnabo aut dehonorabo, aut opprimam, aut indebitis machinationibus affligam; fic legem, ut p»diximus, unicuique competentem, ficut antecefforea fili tempore antecefiorum meorum habuerunt, in omni dignitate fic ordine, adjuvante Domino, confervaturum perdono, cuilibet duntaxat ex eis qui mihi fideles fic obedientes, ac veri adjutores atque cooperatores juxta fuum minifterium fic perfonam, confilio fic auxilio fecundùm fuum feire fie pofie. fie fecundùm Deum ac fecundùm feculum fuerint, ficut per rectum unufquifque in fuo ordine fit ftatu Regi fuo fic fuo Seniori efie debet. F.t Capitula qux avus fic pater nofter pro ftaru fic munimine fandx Dei Ecclefix ac miniftrorum ejus, fic pro pace ac juftitia populi fic quiete regni, conftituerunt, fic qux nos cum fratribus noftris Regibus, fic noftris ac eorum fidelibus, communirer conftiiuimus, fed fic qux nos confilio fic confenfu Epifcoporum, ac exterorum Dei & noftrorum fidelium, pro fupraferiptis caulis in diverfis placitis noftris confervanda flatuimus, permanere inconvulfa decernimus.

Ut quia regia noftra potcftas hoc, adjuvante Domino, exequi per omnia cupit, regni Miniftri, quantum Deus feire fic pofie, illis donaverit, Epifcopis Ac exteris Sacerdotibus ac fervis fic ancillis Dei, ut fuum minifterium implere poilint, iicut ab antcceflbribus noftris Imperatoribus fic Regibus Ôc à nubis conftitutum eft, ad-

jutorium prarftent, fle. fandis Ecclefiis fle Sacerdotibus ac fervis 6c ancillis Dei, fecundum facras l^es tam mundanas quàm eccleliafticas, fle fecundum Capitula avi fle patris noftri ac noftra, debitum honorem fle immunitatem confervent fle exhibeant, ut quitté pro Habilitate regni, ac noftri fle illorum fiuute, Dominum exorare poflint.

Ut Epifcopi Comitibus,Miftis, fle vallis noftris, fed fle ipfis fuis fubditis, tam Clericis quàm laicis, Ac Comitum ac vaffallorum noftrorumhominibus, paternam benignitatem fecundum fuum minifterium, fle debitum honorem ac legem fle juftitiam, unicuique fecundùm luum ordinem ac dignitatem impendant fle confervent, ficut facnr leges tam mundanae quàm ecclefiafticc , 6c Capitula avi fle puxis noftri decernunt, fle ficut in Capitulis à nobis fle à fratribus noftris Regibus ac communibus fidelibus noftris eft conftitutum, fle ficut temporibus avi fle patris noftri jufta fle rationabilis confuetudo fuit. Simüker Comites fle Mifli ac vafli noftri Epifeopis ac Prefbyteris debitam reverentiam, fle vaffallis Epifcoporum legem fle juititiam , & debitum honorem impendant fecundum przfatas leges fle prxfata Capitula ac praefatam confuetudinem.

Ut fi Epifcopi fuis Clericis injuftè fecerint, fecundùm quod facriCanones fle facrx leges, quas Ecclefia catholica probae fle fervat, prxfigunt, hoc eorum judicio, quorum intereft , emendare procurent.

Ut fi Epifcopi fuis laicis injuftè fecerint, & ipfi laici fe ad nos inde reclamaverint, noftrx regix poteftati fecundùm noftrum fle fuum minifterium ipfi Archiepifcopi fle Epifeopi obediant, ut fecundùm fandos Canones, fle juxta leges quas Ecclefia catholica probat fle fervat, fle fecundum Capitula avi fle patris noftri, hoc emendare curent, fle ficut temporibus avi 6c patris noftri jufta Ac rationabilis confuetudo fuit.

VIII.

Ut Preibyteri parochiani fuis Senioribus debitam reverentiam, fle competentem honorem atque obfequium, fecundum fuum minifterium impendant , ficut in Legibus factis 6c in prxfatis Capitulis continetur , 6c ficut temporibus avi 6c patris noftri jufta At rationabilis confuetudo fuit. Quod fi ipfi Preibyteri non fecerint, Seniores illorum Epifcopis, non per occafioncm aut malitiam, led per rationem 6c veritatem, hoc innocefecre ftudeant; & Epifeopi Prefbyteros fecundùm fuum mi* nifterium & leges ecclefiafticas talker caftigenc, ut hoc illos emendare deleâet; qualiter cum neceflaria benignitatis concordia 6c Uli pro Senioribus mis orare, *6c* Seniores illqrum liera officia 6c divina myflcria puro corde per illos fufeipere poffint.

I X.

Ut fi Abbates, vel AbbatifTx, aut Conutes , feu vafli noftri, aut cxreri laici Clericos probabilis vitae Ac dodrinr Epifcopis canonicèconfecrandoc, fuifque in Eccle-fiisconftituendos,obtulerint, nulla qualibet occafione cos Epifcopi vel miniftri eorum reiciant * ; 6c Epifcopi praevideant Î|uem honorem Preibyteri pro Ecclefiis uis Senioribus luis tribuere debent. Et Epifcopi parochias 6c 'decimas antiquis Ecclelus fervent ; fle Seniores immunitatem de manlb ad Ecclefiam dato confervent : fle non fine auctoritate vel confenfu Epifcoporum , Preibyteri in quibuilibec Ecclefus conftituantur vel expellantur, ficut in primo libro Capitulorum avi 6c patris noftri, 6c ficut in Capitulis patris noftris, anno xv i imperii ejus feâis, continetur. Et Senioribus Preibyterorum hoc fufficiat, fle ampliùs per ingeniofas machinationes à Prefbytens non exigant vel exquirant , nifi ficut in eifdem Capitulis avi 6c patris noftri ac noftris eft conftitutum, ne Deum offendant, fle pro lucro terreno, quod abfit, fuas animas perdant, fle noftram offenfam incurrant, ac poft debitam emendationem dignam harmifearam à nobis difpofitam fuftineant. Et Epifcopi tam Seniores Preibyterorum quàm Preibyteros , fed fle feipfos cuftodiant ne laiciper ignorantiam, fle Preibyteri per neceflitatem, 6c ipfi Epifeopi vel miniftri eorum per cupiditatem fle avaritiam, quodabfit, in fimoniacam hzrefim cadant ; quia, ut fandus Gregorius dicit, qui prxmio vel gratiâ, aut fupplicatione indebita, ad faeros ordines accedit vel promovetur, hrreticus à Domino deputatur, tam ille qui promovetur, quàm ille à quo taliter promovetur , fle cujus interventu taliter promovetur i fic qui pro tali ordinatione inlicita quolibet malo ingenio, quod Deum latere non poteft, aliquid dederit vel acceperit , vel mediator faftus fuerit , à Deo , ficut Canones Dei fpiritu conditi demonftrant, condemnatur per illorum judicium qui cum Deo in coriis regnant 6c in terris miraculis corrufeant. Dam-

uv › Ca- J*'utar'c· Y ciLi Γ c.-.pûui»- £ *"a /•J*' tt". i" <ûβ. ». ep. "°.

nantur utique in prrfenti foculo, comburendi igne perpetuo, talea negotiatores pravi, cum quod juftè benemerkia dare eratis debent, juftitiam. ficut Judas Chriftum, qui (ut dicit Apoftolus) ft&us eft nobis a Deo juftkia, vendidit, ita & ifti Deum patrem omnipotentem, *tc* eandem juftitiam Chriftum, atque confubftantialem illis Sandum Spiritum, qui per impolitionem manuum Sacerdotalium nominibus tribuitur, quoniam fande Trinitatis una eft natura, voluntas, & operatio, gradus ecdefiafticos temporali commodo dantes vel accipientes vendunt; Ac qui pretium proinde donant, emunt peccatum, & hxrerici fiunt; fle qui premium proinde accipiunt, ficut idem fandus demonftrat Gregorius, fadi fit ipfi haeretici eos malitix fux gladiis occidunt quos vivificare orationis fua interceflione debuerunt.

X

Ut nemo Epifcopus, nemo Preibyter excomunicet aliquem antequam caufa probeturpropter quam ecclefiaftici Canones hoc fieri jubent, Ac donec illum qui peccavit, fic inde aut fpontè confefliis aut apertè convidus fiierit, fecundùm Evangelicuin prxeepeum, ut ad emendationem Ac poenitentiam redeat, commonitum habeat. Qui peccator, fi commonitus de certa & manifefta caufa ut ad emendationem & correptionem redeat, inobediens & incorrigibilis permanferit, & ad emendationem redire noluerit, Ac excommunicationem canonicam de caufis defignatis Ac manifeftis parvipenderit, regiam vel reioublicx poteftatem per fe vel per miniftros fuos, aut per litteras fuas, Epifcopus adeat, ut conftringatur, quatenus ad emendationem ac nœmtentiam ifdem peccator redeat; ne dicatur nobis à Domino 3uod olim populo veteri ab eo legimus idum: *Anathema in medio tui. Aon poterisflare coram inimicis tuis.* Si autem idem peccator de manifefta & comprobata, vel à fe fponte confefia cauia, ad poenitentiam venire voluerit, fed ipfam poenitentiam propter faidam fecundùm canones fufeipere Ac quietè agere non potuerit, Epifcopus per fe vel per mininros, aut per litteras fuas, regiam noftram vel reipubiicx noftrz poteftatem adeat, ut ipfa faida fecundùm conftituriorem avi & patris noftri legaliter pacificetur, aut juxta leges fecundum quas in aliis regionibus quilibet vivunt, fedetur. Et tunc peccator medicinam pceuitentix fecundiim facros Canones, cum pia & falubri diferetione, fecundùm regulas facras fufeipiat & peragat, Ac reconciliationem atque communionem percipiat, ficut in eiraem (acris regulis dilcretiflimè Ac mifericorditer continetur.

7»Γμ >μ ι·

Life. rv. Capitular.

X I.

Ut Comites Ac Mifli ac vafli noftri, Ac minifteriales regni noftri, unufquifque fecundùm ordinem Ac dignitatem ac poffibilitatem fuam, pacem Ac juftitiam in fuis minifteriis faciant, Ac juftè omnes fub Dei rcfpedu judicent, attendentes quod Dominus omnibus judicantibus dicit: *In f«o judicio judicaveritis, judicabitur de vobis.* Et: *Beati <]ui cuflodiuntjudicium 4Cfaciuntjuftitiam in omni tempore.*

M*n. 1. ».

p'·ſ· *·»· '·

XII.

Ut Epifcopiatque Abbates Ac Comites, ac vafli noftri Ac omnes fideles laici, concordi diledione Ac unanimi voluntate ad Dei Ac fandx Ecclefix ac noftrum Ac regni noftri honorem Ac ftatum, atque commu nem noftram falvationem, fine invidia At malivolentia atque indebita contentione, communiter decertare procurent ut pax Ac juftitia, Ac vera cum Dei voluntate concordia, inter nos omnes Ac in regno noftro maneat; quia, ficut fandaScriptura dicit, *juftitia elevat gentem, mijeros Jacitpopulos peccatum.* Et ubi non eft vera cum Dei voluntate concordia, ibi nifi ad judicium non liabitat Deui, qui, ficut Pfalmus dicir, *Jacit unanimes habitare in domo*, id eft, in fanda Ecclefia. In qua fideliter confiftentibus fpiritum caritatis infundit; qui-propter nimiam caritatem fuam, qui dilexit nos, tradidit femetipliim pro nobis; Ac cùm eflemus mortui in peccatis noftris, convivificavit nos in femeripfo, ut eflemus fandi Ac immaculati in confpedu ejus in caritate, Ac fimus fedatores bonorum operum, inquibue cum fide reda perfeverantes perveniamus omnes, ipfo praveniente, adjuvante, & fubfequente, ad regna caelorum.

P>or.

XIII*.
